PRINCEPS CHRISTIA-NVS

ADVERSVS

NICOLAVM MACHIAVEL-lum, cæterosq́; huius temporis Politicos,

A

P. PETRO RIBADENEIRA NVPER *Hiſpanicè, nunc Latinè*

A

P. IOANNE ORANO VTROQVE Societatis IESV Theologo, editus,

POLONIÆ AC SWECIÆ REGI DEDICATVS.



MOGVNTIÆ,
Sumptibus Conradi Butgenij.

Anno M. DC III.

SIGISMVNDO TERTIO

POLONIÆ, SVVECIÆ, GOTHIÆ, VVANDALIÆ REGI,

MAGNO LITHVANIÆ DVCI.

NIHIL omnino fortius, SERENISSIME REX, quod hominem homini gratiorem acceptioreḿq; faciat, BENEVOLENTIA & FIDE: quibus ſi IVSTITIÆ & PROBITATIS certa opinio acceſſerit, dici non poteſt, quantum gratiæ & exiſtimationi accedat. Illa enim amorem & auctoritatem conciliant; hæc virum bonum, hoc eſt, integrum incorruptúque faciunt. Hæc illa nempe Virtutum quadriga, non quâ Iulij & Augu-

DE RELIGIONE ET VIRTVTIBVS CHRISTIANI PRINCIPIS,

LIBER PRIMVS.

CAP. I.

Summam Religionis curam nationes omnes atque Respublicæ ſuſceperunt.

TANTA eſt diuini Numinis amplitudo atque maieſtas, & quæ iure ei debetur, reuerentiam ita natura mortalium animis penitus inſeuit, vt per omnem terrarum orbem à cunctis nationibus, quantumuis & immanitate barbaris, & ignoratione cæcis, tanquam rerum omnium antiquiſſima, & maximè neceſſaria præcipuo quodam cultu ac labore obſeruata ſemper fuerit conſeruataq; Religio. Cuius homines curam ſuſcepêre, non modò quòd ſummo huius vniuerſitatis Principi, & eius cultui arctiſſimo quodam

DE RELIGIONE ET VIRTVTIBVS CHRISTIANI PRINCIPIS,

LIBER SECVNDVS.

CAP. I.

In ſola Religione Chriſtiana perfectam virtutem inueniri.

CVm Rex ac ſupremus Princeps ſit tanquam anima regni, cui præeſt; vel vt Sol lumine & motu mundo, ita ſuis vitam & ſalutem impertiat; vel certè ſicut imago & ſimilitudo quædam diuinum Numen in terris repræſentet: ſumma mentis cõtentione cogitare debet, quàm arctè & ſeuerè deuinctus ſit, atque obligatus, vt dignè quantum ratio & imbecillitas humana patitur) Deum in regendo gubernandoque imitatione exprimat; vtque Reip. vitam conciliet, ita præcellentiſſimis virtutibus illuſtretur ac clareſcat, vt popularium virtutes non ſecus obſcuret, quàm Solis lumen ſtellarum